et a prophetis obtinuit et triumphum. Denique cum diceret duodecim disputatores in eadem debere altercatione confligere. obtinuit silvester et dixit. Non in multitudine confidimus hominum. sed de solo dei potentia presumentes. Unus est enim cui dicimus. Exurge domine iudica causam tuam. Quanto enim humanis minuimur auxiliis. tanto fulcimur divinis. Primum ad haec ablavius dixit. Hunc sententiam nostri prophete cecinit.

Siquid ergo verius putas definitionis proferre vis. non de nostris sed de tuis proferre iubebis. Cui sanctus silvester dixit. Omnia hic hodie de nostris libris proferenda sunt adversus vos. sicut hic constituto a vobis adversum nos de nostris.

Hunc enim rationabiliter vincitur pars diversa subsistentis. cum suorum fuerit auctoritate convicta doctorum. Imperator dixit.

Iusta definitio est qua compellatur. unusquisque sue religionis auctoritate convinci. Ablavius dixit. Cum omnipotens deus noster suo ore dixit. venite et videte quoniam ego sum dominus. et non est alius preter me. Quomodo isti dicunt tres deos esse colendos. patrem quem nos credimus. filium quem patres nostri crucis patibulo dampnaverunt.

Tertium vero spiritum sanctum. Cum ergo tres deos isti colunt. iste qui se unum dicere probatur offenditur. Silvester dixit. Nos unum deum colimus. et fatemur. Sed ita non sollicitudine divinitate esse dicimus. ut aliquid filii non haberet filium et sanctum. Dequo propheta vester dicit.

Et spiritu oris eius omnis virtus eorum.

Filium illum dicimus. cui propheticum vestrum clamavit. pater filius meus es tu ego hodie genui te. Deus enim est et eternus sed semper hodie habet. quia tempus non habet. Sicut ergo sine initio deus est. ita sine initio pater est. Et sicut sine initio pater est. ita sine initio est equum iste cuius pater est.

Num cum dixit deus. faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.

Num si diceret ad imaginem et similitudinem meam. diceretur solitudinis sue indicasse vestigium. Nunc autem cum dicit ad imaginem nostram. evidenter et filium et equalitatem hostendit. Ille enim reciprocus mugit quia erant in sermone non novit. aliquid potest suscipere de incremento quia nescit detrimenta. sed deus ubi tibi dixi.

Rationi hominum non committenda fides. que iam nunc suadet cordi quia et unum deum patrem et filium et spiritum sanctum confitetur. Silvester dixit. Quum legis in tuis libris de patre quod dicit filius meus es tu. quare quasi nobis aliquid nos exauimus. In hac scilicet trinitate adserere. Num spiritu sancto audi propheta nuntiante. Spiritum sanctum ne auferas a me. Et alium prophetam dicentem.

Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Ad haec respondens constantinus augustus dixit. Maior iudeorum suis scripturis et omni parte superatur. vellet

remansit

(c) Real Academia de la Historia